



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.  
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Dvb. Vtrum Christus etiam nunc in cœlo propriè pro nobis oret.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

illi erat subiectus. Tertiò, Quia lex vetus erat imperfecta, & ea quæ in ipsa præcipiuntur erant infirma & egena elementa, iuxta Apostolum ad Galat. 4. v. 9: ergo non decebat auctorem perfectio-  
nis illis subiici. Quartò, Quia Lex vetus posita erat proper transgressionem, donec veniret semen cui pro-  
misit: id est, Christus: ad Gal. 3. v. 19. Item erat pædagogus noster in Christo, id est, pæparans, & adducens nos tamquam pueros ad Christum, vt ibidem dicitur: ergo eius obligatio ad Christum non pertinebat. Denique Lex solum erat umbra fu-  
torum bonorum sub Christo, ad Heb. 10. v. 1. de-  
finenda & abolenda per Christum: sicut umbra deletur præsente luce. Atqui non decebat vt veritas subiiceretur umbra. Hinc patet contrariam sententiam quam tenuit Ioannes Medina, non esse probabilem.

Dices Matth. 5. v. 17. Dominus ait: Non veni solvere legem, sed adimplere. Atqui nemo propriè legem implet nisi qui ea tenetur. Et Confirmatur: ad Gal. 4. v. 4. Misit Deus Filium suum factum ex mu-  
liere, factū sub lege. Respondeo, Christus implet legem, sicut donatio implet promissionem, & veritas figuram: non autē, sicut debitor obligatio-  
nem: vt docet D. Tho. infrā q. 47. a. 2. Ad Confirmationem: Est factus sub lege, non quod ipse quidquam legi deberet, qui unus est legislator &

*Quonodo  
Christus  
legem im-  
plerit.*

Iudez sed vt eos qui sub lege positi erant, de ser-  
uili cōdītione qua sub lege erat, eriperet: vt recte Anselmus in hunc locum. Itaque non obligatione (hoc enim seruili est conditionis:) sed voluntaria obseruatione legi suberat.

## ARTICVLVS. II.

Vtrum Christus sibi ipsi sub-  
iectus sit?

R Eſpondetur: Non est sibi subiectus ratione suppositi, quia in Christo non sunt duo sup-  
posita, vt volebant Nestoriani: sed ratione natu-  
rae, quatenus una natura est subiecta alteri.

Notandum est: Non esse absolūte dicendum, Christum esse sibi subiectū, sibi ipsi obedien-  
tem, scipso maiorem vel minorem; quia significa-  
tur distinctio suppositi: quare aliquid addendum,  
quo determinetur natura, secundum quam, com-  
paratio sit accipienda. Itaq; Christus vt homo, est  
subiectus sibi secundum diuinitatem & Christus  
vt Deus, est Deus sui secundum humanitatem; &  
sic de ceteris. Et Ratio est: Nā ex diuersis naturis  
cum diuina persona cōſtituuntur virtute duę per-  
sonas; & ita secundum diuersas naturas potest ha-  
bere has comparationes & relationes ad seipsum.

12

## Q VÆSTIO XXI.

## De Oratione Christi.

## In Quatuor Articulos diuisa.

## ARTICVLVS I. II. III. IV.

P Rima Conclusio: Christo, vt homo est, conuenit orare pro nobis. Patet Lucæ 6. v. 12. Exiit in montem orare.

Secunda Conclusio: Christus nō orabat per partem sensitivam: desiderium tamen partis sensitivæ oratione expressit: idque ad nostram instructionem & consolationem. Patet cū ait: Transeat à me Calix ista, Matth. 26. v. 39.

Tertia Conclusio: Christus orauit tūm pro se; vt patet Ioan. 17. tūm pro alijs; vt patet ibidem.

Quarta Cōclusio: Christi oratio absoluta, semper fuit exaudita; conditionata, minimè.

Circa hos quatuor Articulos: Notandum est, Fide certum esse, Christū in hac vitâ, & pro se, & pro nobis orasse Patrem, atque adeo totam Trinitatem. Patet ex multis Scriptura locis. Luc. 22. v. 31. Simon rogauit pro te, vt non deficiat fides tua, Ioan. 17. Orabat pro se, pro Discipulis, & pro toto mundo. Luc. 23. Pro Crucifixoribus.

Dices, Christus vt homo omnia poterat quæ ad finem Incarnationis pertinent: ergo non egebat oratione. Respondeo: Omnia poterat, sed per media à Deo ordinata; inter quæ, vnum erat oratio. Etsi enim diuina virtus ita illi assisteret, vt maxime fieret quidquid absolutè vellet, tamen diuinitus ordinatum erat, vt non semper vellet quidquid nisi interuentu orationis. Propriè tamen non egebat oratione, vt passim docent Patres: nam & ea quæ pro se petebat, & quæ pro alijs, erant alijs titulis debita.

*Orauit pro  
nobis in  
hac vita.*

Constitutum autem diuinitus fuit vt oraret:  
Primò, Vt omnibus modis nostram salutē opera-  
retur; nempe merendo, satisfaciendo, & impetrando.  
*Varia con-  
venientia  
eius ora-  
tionis.*  
Vnde sicut meritū & satisfactio; ita & oratio  
erat medium ad nostram salutem constitutum.  
Secundò, Quia oratio est eximius Religionis actus.  
Vnde Christus crebrò orauit, non solum externâ  
oratione, sed etiam internâ. Luc. 6. v. 12. Erat per-  
noctans in oratione Dei. Item in deserto per quadra-  
ginta dies orabat; vt docet Abulensis in cap. 4.  
Matth. q. 15. Tertiò, Propter exemplum, vt docet  
D. Ambroſius in c. 6. Lucæ. §. de oratione IESV  
in monte: vbi etiam fūsē ostendit Christum non  
eguile oratione, cō quod omnia posset tamquam  
Iudez, sed exempli cauſa orafe. Quartò, Vt  
ostenderet se esse misiū à Patre cœlesti, & ab ipso  
omnia habere. Ioan. 11. v. 42. Propter populum qui  
circumstāt, dixi, vt credant quia tu me misisti. Vide  
Iustinum Martyrem q. 105. ad Orthodoxos.

## D V B I. V M.

Vtrum Christus etiam nunc in cœlo  
propriè pro nobis oret?

R Eſpondeo & Dico Primò: Certū est Chri-  
ſti in cœlo interpellare pro nobis. Ad Rom. 8. v. 34. IESVS Christus qui est ad dexteram Dei, qui *interpellat  
etiam interpellat pro nobis.* Ad Heb. 7. v. 25. Semper *pro nobis  
vivens ad interpellandum pro nobis.* I. Ioan. 2. v. 1. Aduocatum habemus apud Patrem, I E S U M Christum  
iustum, &c.

M m

Dices:

Quomodo  
clamet  
eius san-  
guis?

Dices; Ut Christus dicatur pro nobis interpellare, & ells nosfer Aduocatus apud Patrem, non est necesse ut actu elicito aliquid petat, vel offerat Patri pro nobis; sed satis est ut Sanguis ipsius pro nobis effusus, semper Patri sit præfens, qui est veletu clamor quidam, non vindictam, sed veniam & vitam postulans; ut ait Greg. lib. 13, moralium c. 12, quo modo Gen. 4. *Sanguis Abel dicitur clama-re de terra.* Vnde ad Heb. 12. v. 24. *Accessisti ad sanguinis aspergitionem melius loquentem quam Abel.* Et cap. 9. v. 24. *Ascendit, inquit, ut appareat vulnui Dei pro nobis.* Et sic videntur hanc interpellationem exponere Chrysost. hom. 15. in epist. ad Rom. & hom. 13. in epist. ad Hebr. & Theophilactus in cap. 8. ad Rom. & Nazianz. oratione 2. de Filio ad nonam obiectiōnē Eunomij. Et D. Thomas inſcri qu. 57. art. 6.

4  
Orat Pro-  
prio actu  
orationis.

Inſtitutus.

Gregor.

August.

Alij.

Probatur  
quinque  
Ratio[ni-  
bus].  
Prima  
Ratio.

Secunda  
Ratio.

Tertia  
Ratio.

habent locum in statu patriæ, in quo differunt à merito & satisfactione: ergo quāuis non amplius mereatur aut satisfaciat, orat tamē. Quartò, Quia Christus ut homo, in celo colit Deū actibus religionis, adorationis, & gratiarum actione pro beneficijs, tūm in sua humanitate, tūm in alijs hominibus acceptis. Ergo etiam postulat ea quæ ad nostram salutem superflunt, scilicet suorum meritorum realem applicationem; nam haec oratio etiam est actus religionis. Quintò, Quia nos per Christum oramus, & accessum habemus ad Deū, non solum quia per eius merita cupimus exaudiri; sed etiam quia per ipsum offerimus orationes nostras: nam ab ipso merita nostra & satisfactiones offeruntur Patri, ut docet Concilium Trid. sess. 14. cap. 8: ergo etiam orationes. Quare Christus recte dicitur *Os nostrum & Vox nostra* per quam Patri loquimur; ut recte dixit D. Ambrosius Tract. de *Vox nostræ.*

Quarta  
Ratio.

Quinta  
Ratio.

Respondeo & Dico Secundò: Non solum hoc modo interpellat Christus pro nobis apud Patrem, quod sanguis & meritum ipsius semper sint Patri obiectiū præsentia, eumque sic ad misericordiam flectant: sed etiam per propriū actum desiderando & petendo à Patre ipsaque diuinitate, sua merita nobis applicari. Ita exp̄r̄s̄ Patres: Iustinus q. 105. ad Orthodoxos; ubi probat oportuisse vt Christus in vitâ mortali pro nobis oraret, cū etiam nunc post resurrectionem in celo, vt Pontifex confessionis nostra, interpellat pro nobis. qua ratio nulla esset, nisi propriū interpellaret. Idem docet Greg. hom. 7. in Leuitic. vbi tamen addit quadam falſa, vt Christum adhuc deflere peccata nostra. D. Aug. lib. 1. de Trin. c. 10. aliquoties repetit, quod Christus nunc ut Sacerdos, & ut mediator interpellat pro nobis, *Quæ interpellatio, inquit, cessabit, quando tradiderit regnum Deo & Patri.* At illa prior interpellatio per solam præsentiam obiectuum meritorum ipsius, est æterna. Idem docet præfatione in Psal. 85. & in prefat. expositionis secundæ in Psalm. 29. Ambrosius & Theodoretus in c. 8. ad Rom. Abulensis in c. 14. Matth. q. 142. & D. Thomas in 4. dist. 15. qu. 4. art. 6. quæſtiunc. 2.

Probatur Ratione. Primo, Ioan. 14. v. 16. Christus ait: *Ego rogabo Patrem meum, & alium Paracletū dabit vobis.* Videtur autem loqui de tempore post ascensionem, non autē de tempore mortis; ut vult Rupertus. Quasi dicat: Nolite turbari meo discessu, sed seruate mea mādata, & ego, vbi discessero, & venero ad Patrem; *Rogabo Patrem &c.* Secundo, Quia quod Christus modo sit noster Aduocatus & pro nobis interpellat, Scriptura hoc adducit tamquā distinctū beneficium à passione & morte: quod peculiari modo spem nostrā debeat erigere & nos solari; ut patet ex tribus locis allatis. At iuxta alteram sententiam, nō esset nouum beneficium: nam solum significaretur Christi beneficium semper esse præsens diuinæ memorie; quod est quiddam necessarij consequens ex ipso merito, ac proinde nō est quid distinctum. Cōfirmatur; Quia illud est valde impropriè & metaphoricè esse Aduocatum & interpellatorē: ergo cū nihil cogat, verba propriè accipienda sunt. Tertiò, Quia oratio nec dedecet Christum ob dignitatē Personæ, cū in hac vita orauerit: nec ob perfectionē glorie, quia alij Beati orant pro nobis. Confirmatur; Quia Christus vbiique facit ad hominum salutem, quod conuenit fieri iuxta statum in quo est. Sed orare & impetrare pro viatoribus, actus sunt qui

Rupertus lib. 9. De officijs c. 3. videntur omnino negare Christum pro nobis orare. Nam Chrysostomus vult etiam Patrem & Spiritum sanctū eō modo obsecrare. Rupertus autem solum priore modo, scilicet per præsentiam meritorum. Respondeo; Chrysostomus non negat Christum interpellare pro nobis, immo id aperte docet; sed ait, illum non opus habere interpellatione, cū omnia possit: interpellare autem, ut magnitudinem sua dilectionis ostendat. Quam ob causam etiam Patri tribui obsecrationem 2. ad Cor. 5. v. 20. Pro Christo, inquit Apostolus, *Legatione fungimur, tamquam Deo obsecrante per nos.* Rupertus autem videatur esse in illa sententia; ait enim: *Illa interpellatio, Doctorum omnium verā assertione, non submissa est postulatio; sed eius passionis, que semel pro nobis in sacrificium oblatæ est, eterna commemoratione, semel in conspectu S. Trinitatis admissa &c.* Quamquam fortassis Rupertus non velit absoluē negare Christū pro nobis orare, sed non orare eo modo quo in hac vita, scilicet cum magna submissione externa: idque ut ius gratiae & gloriae nobis compararet. Sic enim reuerā non orat, sed quasi debitus postulans, idque modo illi statui conuenienti. Simili modo intelligendus Nazianzenus; solum enim negat præstationem seruilem, & indecoram illi statui.

Dices Secundò, Ioan. 16. v. 26. Christus ait: In illo die in nomine meo petetis; & non dico vobis, quia ego *Ioan. 16. rogarō Patrem de vobis:* ipse enim Pater amat vos. v. 26. Respōdeo cum Cyrillo li. 11. in Ioan. c. 9. Solum velle dicere, non esse necesse, ut ipsis commendet suum officium precandi Patri pro illis, quasi Pater sit tam durus, ut opus sit precatio: Patrem enim sponte esse paratissimum. Hinc tamen non sequitur Christum non oraturum: alioqui nec Apostoli pro se debuissent orare; quia amabantur à Patre.

Dices Tertiò, Ioan. 14. v. 14. *Si quid petieritis me, in nomine meo, hoc faciam,* non dicit, petā ut fiat; v. 14. sed faciat. Confirmatur; Quia ratio exempli celsat. Respondeo; Christus vtrumque potest, & facere & petere: non enim petit, quod indigeat; sed vt Patrem simul honoret & colat. Exemplum autem non est primaria ratio orandi.

Dices Quartò: Ergo possumus à Christo pente-  
tere ut oret pro nobis; quod Rupertus detestatur.  
dicer, An licet  
Respondet D. Thomas in 4. dist. 15. qu. 4. art. 6. Christus  
ora pro nobis,  
men non

men non debere ita rogare: *Christe ora pro nobis;*  
sed, *miserere, exaudi &c.*, partim propter periculum  
Arij & Nestorij; partim quia oratio dirigitur ad  
personam; Christi autem persona est Verbum diu-  
num, cuius non est orare; sed misereri, adiuuare.

His additum; Sicut Principes compellamus titulo  
honorificentiore, ita id quod perfectius est, Chri-  
sto tribendum est. Qui tamen nouit Christum

apprehendere ut hominem, & ut Deum, recte po-  
tent ab eo petere ut orationes ipsius Patri offerat,  
easque cum suis coniungat: ut aperte colligitur  
ex Concilio Tridentino sess. 14. cap. 8: imo ro-  
gare ut nobis meritorum suorum efficacem ap-  
plicationem impetrat: ut colligitur ex supra  
dictis.

## Q V A E S T I O   X X I I .

## De Sacerdotio Christi.

In Sex Articulos divisa.

## ARTICULUS I.

## Vtrum Christus sit Sacerdos?

**R**espondetur; Christus verè & propriè est  
Sacerdos. Est fidei. Et probat hoc Apostolus totâ penè epistola ad Hebreos, po-  
tissimum cap. 5. 8. 9. 10.

*Munus Sacerdotis.* Pro quo Notandum; Sacerdotè constitui me-  
diatorem inter Deum & homines; ut colligitur  
ex Apostolo ad Heb. 5. v. 1. *Omnis Pontifex ex ho-  
minibus assumptus, pro hominibus constitutus in ihsus que  
sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis.*  
Nam populus per illum colit Deum; & Deus vi-  
cissim per illum sanctificat & docet populum.  
*Ad Deum.* & ad Populum. Ad Deum munus eius est, orare  
pro populo, populiique vota representare, & sac-  
rificium pro populo offerre. Idque tríplici fine: vel  
ad peccatorum expiationem; vel ad beneficiorum  
imperacionem; vel ad gratiarum actionem pro  
beneficijs acceptis. Cultus autem Dei, est intrinse-  
cus & immediatus finis omnis sacrificij. Ad po-  
pulum autem munus eius est: Primo, Populum  
instruere in rebus ad cultum diuinum & salutem  
pertinentibus. Secundo, Eundem legibus guber-  
nare, & dirigere ad finem spiritualē; id est, vt Deo  
sit acceptus, cœloque idoneus. Tertiò, Eundem  
sanctificare, iuxta facultatem & modum Sacer-  
dotij. Quartò, Iudicare de controvenerijs ad reli-  
gionem & cultum pertinentibus.

*Sacrificium* eius scilicet in quo totius Sacerdotij est potestas,  
est illi proprie- pertinente; tamen specialiter sacrificium est ipsi  
priuum, proprium, tamquam primarius & specialis actus,  
nulli alii cœveniens. Accipitur autem nomen Sa-  
cerdotij dupliciter. Primo, Generatim & impro-  
priè; vt sacrificium dicatur omne id, quod ad ho-  
nore Dei refertur, sive si actus virtutis internus,  
sicut contritus, humilitas; Psal. 50. v. 19. *Sacrificium  
Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum.*

*Sic externus, vt mors Martyrum, Sap. 3. Laudes  
diuinæ, Ad Heb. 13. Quo modo definitur ab Au-  
gustino lib. 10. de Ciuit. c. 6. *Sacrificium est omne opus  
bonum, quod fit, ut sancta societas Dei inheremamus.*  
Huic Sacrificio generali, responderet etiā Sacerdo-  
tium generale commune omnibus Christianis.  
*Apoc. 1. v. 6. Fecit nos regnum & Sacerdotes Deo &  
Patri suo. 1. Petri 2. v. 5. omnes fideles vocantur  
Sacerdotium sanctorum, qui offerant hostias spiritales**

Deo. Item *Sacerdotium regale.* v. 9. Secundò, Acci-  
pitur Sacrificij speciatim & propriè pro externa  
oblatione Deo facta per mysticam transmutatio-  
nem, in protestatione summi dominij, à quo om-  
ne bonum nostrum pendeat: & distinguitur à sim-  
plici oblatione: sicut dictum est lib. 2. de Iustit. &  
Iure cap. 38. dub. 2.

Est autem hoc Sacrificium, vel Priuatū, quod  
aliquis sua voluntate offert Deo pro se; quale for-  
tè Agnus Paschalis. Vel Publicū, quod ex diuinā  
ordinatione mediata (per lumen rationis naturalis)  
vel immediatā offertur nomine totius populi: &  
hoc propriissime dicitur sacrificij, cui respondet  
propriissimum dictum Sacerdotium; ut pater ad  
Heb. 5.

Hoc Sacrificij propriissime contunit Christo,  
idque intendit D. Thomas hoc Articulo. Proba-  
tur Primo, *Quia Christus constitutus est à Deo, ut se-  
ipsum offerret Deo oblationem & hostiam in odorem Christi  
suauitatis, ad Ephes. 5. v. 2.* Secundò, *Quia in vlti-  
ma Cœnâ obtulit verum & propriè dictū sacri-  
ficiū; quod etiam Ecclesia sua faciendum tra-  
dedit, vt eruditè Concilium Tridentinū sess. 22.  
cap. 1. Et docet communis Patrum consensus.*  
Tertiò, *Quia in atra Crucis verum ac proprium  
sacrificium obtulit. Patet ex Apostolo c. 9. & 10.  
ad Hebreos. Et docet D. Augustinus lib. 10. de  
Ciuit. cap. 6. & 20. & lib. 4. de Trinit. cap. 14.  
vbi inter cetera ait, *Eum qui offert, quod offertur, &  
pro quibus offertur; esse unum.* Idem docet D. Tho-  
mas infra q. 48. a. 3. Quartò, *Quia quotidie of-  
fert verum Sacrificium per manus ministrorum  
suorum: vt docet Concil. Trident. sess. 22. cap. 2.  
nam ipse est primarius offerens in omni legis no-  
uae Sacrafficio.**

Dices; Christus non interfecit seipsum, nec ali-  
quo modo mysticè immutauit in Passione: ergo  
nec sacrificauit propriè.

Respondeo; Non requiritur ut occisio hostia *Qualis*  
fiat ab ipso Sacerdote physicè & positiuè: fed satis *occisio ho-*  
est ut moraliter; nempe imperio, vel liberâ per *sia feri*  
*debet per* *sacerdotem.* Et ita Christus seipsum sacrificauit. Primo, *Quia cum haberet vitam in sua potestate,*  
ea tormentis mortiferis exposuit. Secundò, *Quia*  
suos interfectores, cum facillimè posset, non im-  
pediuit, sed permisit eorum malitia vclus est.  
Tertiò, *Quia cum post omnia tormenta haberet*  
in potestate vitam suam, permisit eam tormentis  
vinci & interimi, eam mente Patri offrens in cul-  
tum, & satisfactione peccatorum. Vnde Ioan. 10.